P otiuſq̃ quidem hoc pacto apud te ſeruiam.
Eu A t ut ſceleſta ſola ſecum murmurat
O culos hercle ego iſtos improba effodiam tibi
N e me obſeruare poſſis quid rerum geram.
A bſcede etiam nunc et nunc. etiam ohe
I ſtic adeſto ſi hercle tu ex iſtoc loco digitum
T ranſuerſum aut unguem latum excesseris
A ut ſi reſpexeris donicum ego te iuſſero
C ontinuo hercle ego te dedam diſciplinam cruci
S celeſtiorem me hac anu certe ſcio
V idiſſe nunquam nimiſq; hanc ego metuo male
N e mihi ex inſidijs uerba imprudenti duit
N eu perſentiſcat aurum ubi eſt aſconditum.
Q uae in occipitio quoq; h͞t oculos peſſuma
N unc ibi ut uiſam eſt ne ita aurum ut condidi
Q uod me ſolicitat plurimis miſerum modis
Sta N ec nunc me caſtor quid hero dicam meo
M ale rei eueniſſe quam ue inſaniam
Q ueo cōminiſci: ita me miſeram ad hunc modum
D ecies die uno ſepe extrudit ędibus
N eſcio pol que illum hominem intemperię tenent
P eruigilat noctes totas: tum autem interdius
Q uaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies
N eque iam quo pacto caelem herilis filiae
P robrum propinqua partitudo cui appetit
Q ueo cōminiſci: neq; quicq̃ melius eſt mihi
V t opinor q̃ ex me ut unam faciam litteram.
L ongum laqueo collum q̄n extruxero.

EVCLIO STAPHILA.

N unc defacato demum animo egredior domo
P oſtq̃ proſpexi ſalua eſſe intus oīa
R edi iam nunc intro atque intus ſerua. Sta quippe nil
E go intus ſeruem. an neqs aedes auferat.
N am hic apud nos nihil eſt aliud queſti furib;
I ta inanes ſunt opplete atque araneis
M irum q tua nunc cā me faciat iupiter

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 31r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/31r)